

CAPUT XI.

ENodandæ jam veniunt *fallacia*, in quibus aliquid vitiosè concluditur, ut in *fallaciâ à dicto secundum quid ad dictum simpliciter*, & *Ignoracionis Elenchi*.

Est autem *fallacia à dicto secundum quid* sive quoad antenus ad dictum simpliciter, quum id, quod saltem secundum quid rei tribuitur, de eâ accipitur simpliciter & in totum. Sic rectè dicitur *Æthiops esse albus*, intelligendo id de dentibus ejus. At non tamen id ad totum Æthiopem potest extendi. *Sic justo non est lex posita. 1. Tim. v. 9. Rom. 6. v. 14. non estis sub lege.* Hinc posset inferri: *Omnis lex justis censetur abrogata. E. & moralis, & ideò non est aeterna.* Resp. Lex moralis non est abrogata. Abrogata quidem est 1. in renatis & credentibus quoad maledictionem & condemnationem 2. quoad rigorem exactiōnis: Non autem est abrogata quoad doctrinam & obedientiam. Non enim venit Christus solvere legem, *Matth. 5. 17. Rom. 3. 31. ubi: νόμον ἰσῶμεν, ab ἰσῶω facio stare.* Chemnitius T. III. p. 45. Brochman, Vol. 2, p. 22.

EXEM-